trum ſub anulo Piſcatoris die. 3. Maij, ãni Domini. 1575. Pontificatus ſui anno. 3. declarauit non eſſe nec fore vnquàm ſuę intentionis aut Sedis Apoſtolicę, vt perſonæ Societatis, abſq; expreſſa Superiorum eiuſdem Societatis licentia, vtantur facultatibus quę Iubilęis Bullis Cruciatæ, Confeſſionalibus ſiue priuatis perſonis, ſiue pijs locis: aut quomodocunq; aliter hactenus conceſſę ſunt aut in poſterum concedentur: etiam ſi in illis expreſſè indulgeatur vt omnes Regulares etiam Mendicantes huiuſmodi facultatibus vti poſſint. Itemq; auctoritate Apoſtolica in perpetuum declarauit ſtatuit & ordinauit, vt quando à prędictis Prælatis conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis, ſolum Confeſſoribus eiuſdem Ordinis, & non omnibus ſed deputatis ad audiendas Cōfeſſiones datur, niſi ratione itineris, aut alia de cauſa ab eiſdē Superioribus alijs Cōfeſſarijs intra aut extra Societatem confitendi facultas ad id ſpecialiter daretur: ſecuſq; facta irrita & inania fore decreuit. ¶ Circa hanc conceſſionem tria declarat Pater Magiſter à Veracruce quæ aperte continentur in hoc Breui. Primū ꝙ per Bullam Cruciatæ, vel aliud Iubilęum